Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Exibit homo ad opus suum · & ad operationem suam usq· ad uesperam ⁊

Quam magnificata sunt opera tua dñe · omnia in sapientia fecisti · impleta est terra possessione tua ⁊

Hoc mare magnum & spatiosum ⁂ manibus : · illic reptilia quorum non est numerus ⁊

Animalia pusilla cũ magnis · illic naues per transibunt ⁊

Draco iste quem formasti ad inludendũ ei · omnia a te expectant ut des illis escam in tempore ⁊

Dante te illis colligent · aperiente te manum tuam · ÷ omnia : implebuntur bonitate ⁊

Auertente autem te

Iste enim usus est mortalium · utquamdiu hic sumus · ueniente die · diuersis operibus occupemur ⁊ unus colit agrũ · alter se bellis exercet ⁊ Iste discet · Ille docet ⁊ & quicquid mortalitas agit · probatur concludi ⁊ Uesperu · idest fine saeculi ⁊

Mare enim praesentem saeculum significat · ubi malitia daemonũ · uelut quibusdam fluctibus uoluntas animarum · Instabilis commouetur ⁊ Mare dictum est ameando · quod semper eat ac redeat ⁊ Illic reptilia · idest spꝰ maligni · nobis innumerabiles adõtantum comprehendi possunt ⁊

Draco iste · aperte significat diabolum ⁊ uere draco dicitur propter uenenum · quod eue prime mulieri · male suadendo inspirauit · qui suis peccatis ita formatus est ut ei inluderet ab angelis ⁊ Nam cum draco spiritalis sit · cuius esca deceptio hominum est · nisi dño permittente · non preualet quicquam sua potestate ꝑficere ⁊

De illis dicit · qui concessa dĩ munera sibi applicant nondõ ⁊ ab his ergo talib· cum auerterit dꝰ faciem · nudati

impertinatium pectoribus collocabant ⁊ Sol · est dictus quod solus ita lucet · ut ex eo dies fiat ⁊

Ammirando enim dicit prophetu · quam magnificata sunt ? Nam non solum hoc hominib· arduum · quia excidit humanum sensum ⁊ operatio xp̄i · uerum etiam ipsis angelis ꝓbat̄ inmensum ⁊ Ista igitur sapientia · filius ē patris ⁊ Terra · significat ecclesiam · quae repleta est · quando uniuersalis populus dño deseruit ⁊

Animalia pusilla · qm̄ inter ipsos spꝰ et maiores esse nequitiae probantur · & minores ⁊ Per naues · significant̄ ecclesiae · quae periculosos fluctus mundi · per lignum gloriosae crucis euadunt ⁊

Exponit adhuc ut cum diabolica iniquitate uexamur · non illum credamus ex sua potestate presumere ⁊ dicit · dante te illis · ut intellegas quia nisi datum fuerit illis · quicquã colligere non ualebunt ⁊ Manus · significat potestatem · ꝑquã abunde cuncta replet · et mirabiliter uniuersa disponit ⁊